

Applausus phoebæus in solennem promotionis actum, dum deo duce promotor amp...

1 Ic Fol. Okat.



National Library
of Sweden

8
574.
APPLAUSUS PHOEBÆUS

In,
SOLENNEM PROMOTIONIS ACTUM,
Dum,

DEO DUCE
PROMOTOR

Amplissimus & Preclarissimus

Dn. Mag. PETRUS HAHN,
Philosophiæ naturalis Professor Ordinarius Celebra-
tissimus juxta ac Bibliothecarius


PUBLICO NOMINE,
VIRIS JUVENIBUS,

Clarissimis ut & verè Eximis

Dn. LAUR. TAMMELINO,
Dn. ERICO INDRENIO,
Dn. HENRICO ALANO,
Dn. AARONI HOFFREEN.

Philosophiæ Candidatis jam dudum dignissimis
*Lauream Philosophicam in Celeberrimo ad Auram Athense
ejusq. Acroaterio Maximo die 26 Nov: A. 1694,
conferret*

Ab Amicis ac Sympatriotis editus.





Assiduus duri qui pergit prælia belli
Sectari, valido Patriam quoque Mar-
te tueri.
Præmia devictis nanciscitur hostibus
ampla,
Præmia pro meritis; cinguntur tem-
pora olivâ.
Certè equidem constat, Fautores ritè
colendi,

Quemlibet heic vestrum certamina multa tulisse
Palladis in castris, plures voluisse libellos,
Adque undas Clarias vigili sudasse labore;
Castalioque sitim cupidam sic fonte levasse:
Digna *Βραβῆα* igitur comitantur hosce labores,
Scilicet Herculeos, Laus, Gloria, Fama perennis;
Mitra tegit crines vestros roseosque capillos,
Mitra, inquam, capitis quam præsens tempus adornat,
Insuper & Pallas nunc cingit tempora lauru,
Ingenium ut vestrum vivax meruit sine fuce.
Sic decet in stadio concurrere sicque tenere
Propositam metam, Nomen Titulumque Magistri. |
Cunctipotens cœli Dominus qui cuncta gubernat,
Fortunet semper vos omni munere ab alto.

Ceu optat cordicibus

HENRICUS BONERUS
Biörneburgensis.





I meruit laudes gnatus qui Martis Alumnus
 Exiit semper premia larga capit.
 Mechanicas si quis percoluit sedulus artes
 Assidue & fructus qui colit arda capit
 Aoniis vigilat Musis qui nocte dieque,
 Annon & ille meret premia magna labor?
 Premia magna quidem meruitque industria laudes,
 Nostri nam fuerant portio grata chori
 Nunc igitur reddat vobis ter magnus Apollo,
 Premia, digna suis, premia larga satis.

Festinus fudit
 ERICUS RESINIUS,
 J. F. Sat.



Am clara lux, & optata dies ab axe lucefcit celfo,
 qua vestra Viri Clarissimi capita digna ornantur
 lauru; Cuncta quia tempora studiis dedistis, quam-
 obrem nunc Pegafides amplos vobis offerunt ho-
 nores, ignavis namque non datur Phœbi Corona
 nec improbi laureis his fertis digni esse queunt,
 verum cum ardore summo ingenuas coluistis Musas, Pallas
 vobis pro sudore assiduo digna rependit præmia, Tu itaque
 Eximia studiorum corona lætos explica vultus & blando
 frequens adesto cantu, ego quidem (si mihi Ciceronis esset
 fecundia) ipse optima famæ vestræ encomia dignis effertrem
 laudibus, verum cum vires mihi desint, paucis tantum ho-
 noribus vestris gratulari constitui: Sanctus Deus faxit ut hono-
 ris & adorea omnimode vobis profint, & sic numinis lau-
 dem aternamque Patriæ & Ecclesiæ salutem promoveatis;
 non volo plura: Jehovahæ amica manus vos undique cingat.

Festina manu dedit
 JOHANNES S. POLVIANDER,
 Satagundensis.

Plaude Chorus juvenum dulcissima funde Minerva
Carmina nam presens exigit hæcce dies,
Qua venit Aonidum preses præclarus Apollo
Nunc doctis merito munera magna ferens,
Insignes vestros jam vult Pensare labores,
Dum roseis fertis tempora vestra beat
Sic sudasse juvat, sic culmina scandere Pindi
Sic semper vobis fama decusqve manet:
Vos igitur clari sophies salvete magistri
Et tandem felix nomen & omen erit.

Ut vovet animitus veña licet
simpliciori

ANDREAS KECKONIUS G. F.
Björneburgensis

Garmina si clarus mihi dulcia dicitur Apollo,
Sive mihi lingvæ dulcis sit gratia fandi
Ex animo vobis meritos gratarer honores,
Qui veniunt vigilis jam pro mercede laboris
Sic studio cunctos Musas coluisse juvabit,
Gratulor ast igitur clarum contingere nomen,
Fautores profit vobis & nomen & omen,
Ut cedant fauste precor, hisce valete Magistri.

Gratulabundus applaudebat
LAURENTIUS Qwist/ N. F.
Björneburgensis.

